



**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Imago 3. -- Retro sublæpsa referri Astra vides. --

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Quam quidem ipse non largitur, sed abs Principe olim  
nà (Christum dico) haurit, & alij indidem ut hau-  
riant, monet, suadet, impellit. Vide sacros interpretes  
ea latius explicantes, id mei non est instituti. Mihi  
satis est breuiter indicare, quam apte olinè & olei  
numen Ioanni congruat. Qui & lucerna lucens, &  
ardens.

Ioannis ortu legis Mosaicæ  
incipit occasus.

Imago 3.

-- Retro sublapsa referri  
Astra vides. --

1. Cancer stellatus in zodiaci limbo in cælo.
2. Corona ex igneis sagittis &
3. Nebulus
4. Refugit in atram nubem.
5. Phosphorus purpurea in nube aureus emicat,  
sub quo
6. Ros copiosus dimanat in
7. Puluerosas, & squallidas herbas, segetes,  
flores &c.
1. Lex Moysi data cœlitùs per Angelum
2. Plena minis, & mortis terroribus.
3. Vmbratilis lex cum mysticis figuris
4. Euanscit, & aboleri incipit, & delitescit  
æternum.
5. Ioannis natinitate & ortu nouæ legis,

D iui

6. Gratia

6. Gratia uberior redundat.

7. Imbuit suauiori & puriori affectu piorum ari-  
das hactenus mentes.

**Q**uà Cancer refugo proruit impetu,  
Atris solis equos nabibus implicat  
Nox. Sed purpureis mane redux diem.  
Clarat Phosphorus ignibus.  
Euoluitque iubar dulce, quod inuidis  
Vmbris noctis amans Cancer adulterat,  
Et tandem veteres lex noua supprimit  
Legeres indice Phospho.

### N O T A E.

1. Cancer astrium sidus: sub quo sol ardentissi-  
mus squallidos campos exurit in siccum puluerem.

2. Corona igneis sagittis data Moysi lex ignea  
inter corusca fulmina & cœli terrores in monte  
Sinai. In qua ubi vindex vindicantes exar-  
descit furor, & mors, mortisque minæ in improbos  
undevis incurrit. Vbi tamen tot inter diuinæ iræ  
ardores rarus diuinæ gratiae imber in scitulosa corda  
adfluebat.

3. Nebulas. Quid lex vetus nisi obscurum legis  
nouæ inuolucrum? in qua per nebula[m] quis non nihil  
lucis de venturo Messia transpicere posset. Prætercā  
nihil nisi eruditas figuræ, & conscientias olim nascituri  
solis iustitia umbras oculis prætendit, & depinxit.

4. Refugit; vetus lex cum suis minis & penis,  
quas inflammatæ in impios ira vindicis nusquam non  
irrogandas intentabat, incipit abrogari, & in gratia  
tuolum elucescere.

§. Phospo-

5. Phosphorus Ioannes. Qui Phosphorus ut luna  
mutatur, nunc in cornua, nunc in ea colligit, & id è  
diverso situ, quo solem, nunc supra, nunc infra ambit.  
Sic & lex vetus sub Ioanne, nunc evanescere incipit,  
nunc noua lex cresceret.

6. Ros. Largior diuinorum donorum affluentia ab  
Ioannis nativitate, & Christo nasciturus è cælo proma-  
nabit.

7. Puluerosas. Vnde rerum terrenarum impius  
affectus abstergatur, & siis aeterna salutis si non ex-  
pleatur, saltem temperetur, & corda arida ad solidos  
pœnitentia fructus proferendos irrigentur.

Ioannes Iudaismo Hesperus, Chri-  
stianismo Phosphorus.

Imago 4.

*Lucis mico limes & umbra.*

1. Hesperus sub atra nube abit cælo eeu
  2. Luna cornuta,
  3. Phosphorus in nube
  4. Purpurea & roscida oritur, sub quo
  5. Sol incipit oriri.
1. Ioannes veteris legis & umbra fugientis  
index,
  2. Lex Moysis cui ceu duo è radice cornua,
  3. Legis noua prænuntius
  4. Amoris diuini pulchritudo, & baptismi  
ardor.
  5. Christus paulo post nasciturus.

D 4

Hespe